

De la Bibliothèque de la Faculté de Droit de la Université de Cuenca. Prohibido

HENRICI BOCERII IC^{ti}.



INCLYTAE ACADEMIAE TVBINGENSIS
quondam Professoris, &c.

DISPUTATIONUM DE UNIVERSO
QUO UTIMUR JURE, METHODO ELE-
GANTI CONSCRIPTARVM
PARS SECVNDA.

CONTINENS CLASSES
POSTERIORES DUAS, JURIS
STUDIOSIS, ET IN PALAESTRA FORENSI
militantibus, summè utiles.

EDITIO TERTIA, PRIORIBVS MVLTQ AVCTIOR
*& emendatior, cum Indice rerum & verborum fideli ac
locupletissimo.*

STUDIO ET OPERA

JOHAN-JACOB. Frischen! J. U. D. & su-
premi Dicasterij Württembergici
Advocati.



ARGENTORATI.

Sumptibus Hæredum LAZARI ZETZNERI.

ANNO M. DC. XXXIV.



MAGNIFICO, GENEROSO,
Nobilissimoq; Domino,

IOHANNI IOACHIMO
A GRVENTHALL, IN KREMBSECK,
Herteneck, Tufslingen, &c. Illustris Collegii quon-
dam Ephoro, & adhuc Oppidi Tubingensis
Præfecto Superiori, Consiliarioq; Ducis
Württemberg. dexterrimo.

H E T

Nobilissimis, Excellentissimisque Dominis,

CHRISTOPHORO BESOLDO
&
THOMÆ LANSIO.

Antecessoribus, seculiq; ornamentis,

Omnibus suis patronis summis, ac æternum colendis
precatur omnem felicitatem

IOHANNIACOB Grisch D.



ACROSANCTA nostra Themis, quæ non
sine verisimili ratione Jovis assidere folio
ab antiquis fingebatur, à nobis verò, ab
unico Deo immortalis, qui fons legū, au-
ctor Magistratuū, & præses Judiciorum
est, proficisci rectè creditur, Themis, inquam nostra,
pro diversitate temporum & ipsorum, qui illam ex-
coluērunt, hominum, mutatione, sepè vario ornatu,
varioq; vultu exculta hæctenus incedebat; Siquidem
DEUS & natura hanc fixere legem omnib. illis, quæ
* 2 apud

CLASSIS QVINTAE,

Disputatio Prima, DE RERUM QUALITATE, & differentia.

THESIS I.



ACTENVS de acquisitione, & amissione tum status personarum tum obligationis & inde natę actionis. Nunc de adquirendo, & amittendo rerum dominio nobis differendum erit.

Hęc transitio & continuatio patet ex thesi 2. disputat. 1. 5. classis 1.

In acquisitione, & amissione domini rerum spectamus in uniuersum tum ipsarum rerum qualitatem: tum quid sit dominium rerum, & quę eius species: tum etiam sigillatim ipsam acquisitionem, & amissionem domini rerum speciei cuiusque; tum denique actiones, quę nobis in res jure domini acquisitas competunt.

Qualitas rerum est conditio earum, quę hoc vel illo modo ipsę res se habent, & affectę sunt, a eaque ex divisione earundem cognoscitur. b

a Donell. lib. 9. comment. cap. 21. pag. 469. b Cuiac. in parat. ff. de dis. rerum & qualitat.

Et si autem rerum nulla nobis ubique vera appareant genera, ubertas tamen permagna modis quibusdam distinguitur. Et primò quidem diuiduntur res in corporales, & incorporales. Corporales res sunt, quę sui naturę sub tactum, & visum cadunt; ut sunt fundus, homo, vestis, aurum, argentum.

l. 1. §. quaedam præterea. ff. de dis. rer. & qualitat. & tit. Instit. de rebus corpor. & incorpor. in princ. & §. 1.

Corporales res vel mobiles sunt, vel immobiles. Mobiles res sunt, quę integrę loco moveri, & ex uno loco in alium transferri possunt. a Etiam si ingentis sint ponderis & difficulter moveantur. b

l. si chorus 79. §. 1. ff. de legat. 3. l. a Diuo Pro. 15. §. in venditione. 2. ff. de re jud. l. possideri. 3. §. si rem. 18. ff. de acquir. vel amitt. possess. l. verum. 25. ff. de furt. l. 2. ff. de suppellect. legat. l. ulium. §. 1. & 2. ff. de acquir. rer. domin. b *Argentæus de Laudemiis. part. 30. ad. l. B. artic. 408. gl. 2.*

Mobiles res aut moventes sunt, aut in specie mobiles dicuntur. Res moventes dicimus animalia, quia se ipsa movent. Mobiles verò res in specie vocamus res inanimatas. *Fahrende Haab/ Fahrnuß.*

l. Moventium. 93. ubi vide Ioan. Goedd. num. 2. ff. de verbor. significat. & l. un. c. de usucap.